



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Habacvc Propheta

Habakuk

Argentorati, 1526

VD16 B 3952

Mu[n]di sunt oculi tui, ne malum uidere possis, ne ue ad iniquitatem
respicias.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35974

Mūdi sunt oculi tui, ne malum uide
possis, ne ue ad iniuitatem respicias.

Quasi dicat, Esto quod puri sint oculi tui, ut malum ferre nequeas, ut de te prædicatur, quod iustus sis, nec ullum malum impurum finas, qui fit, ut diuersum facias? Sed patiaris eiusmodi malum, nec tamen in illud amaduertas? In Ebræo ita sonat, si uerba inspexeris, Mundare oculis, uel sis planè mūdus oculis. Et q; ama ra concessio in opere contrario, ut in nos de quodā boni nominis, licet id factis parū testeatur, dicere possemus, Assentior te bonū esse. Sed quid ita agis? Hoc ne boni uiri officium est? Earatione hic, Sanè tu domine iustus es, ita de te cōmuniſ fama pronūciat. At ubi nūc iustitia tua? Hisce uerbis indicat Habacuc, quales luci antiſ dei cogitationes subrepant, que ueracem eſſe Deū ſen ſcrit. At uero tam diu differt, conniuens ad mala, ui in animo cogitare quisquam eum non eſſe iustum, queat, Sed potius nefarijs oblectari hominibus. Velut & nos hodie cogitare possemus, Vbi Deus Euangelion nostrū adeo misere, persecutioni & calumnijs expositū linquit, ut tum iniuria, tum ſectæ aduersus illud indies multiplicetur, ut uel ſic dicere ſanè ualcamus, Es qui dem purus oculos, nec lubenter uiolentiam & iniuitatem respicis, Quādo uero uel opere hoc cōmonstraris? Videtur nobis, q; nos iustos, illos uero iustos ducas, quū tamē certiſimus nos eſſe iustos, illos nero iustos.

Huiusmodi

ANNOTATIONES

Huiusmodi infirmitatem aut tentationem fidei, non
solum vulgaris habuit. Sed ut alij propheta sic ipse ha-
buc. Ieremias. 12. idem agit, inquiens, Domine si te
cum litigare uellem iustus es, Attamen de iure tecum
mibi loquendum est. Quis fit ergo, ut impijs, adeo felici-
ter, cuncta succedantur omnes contemptores, tam pro-
speri sint? Plantasti eos, & pulchre radicem diffun-
dunt, pergunt & fertiles sunt, tu in ore eorum prope-
cis, & longe à renibus corum. Et Psal. 72. Penè in lu-
brico pedes mei uacillassent, & gressus mei ferè impe-
gissent, quom uiderem impijs ex sententia rem succede-
re &c. Vehementer enim dolore adficit, quod tandem
iusti superiores sint, ac uelut iniustitia, ingens ius me-
ri debant. In iusti uero sua pietate, tanta mala conse-
quantur. At uero hoc totum ideo fit, ut illi fortiter im-
pingant, nostra uero fides, latius explicitur, fortis ac
prædiues in Deo fiat, ut posthac de rege Babylonis Ha-
buc etiam narrat; id quod & Psal. 72. adfirmat.

Quod in sublime tollat impios Deus, quo in profun-
dum præcipitet. Et ieremia continuo prioribus sub-
dit. Congrega inquiens, eos, ecce oves ad lanienam, &
appara ad diem occisionis.

Quid ergo respicis ad contempnatores,
obticesque, quom impius deuorat ius-
tiorem se?

Illic in certamine constituta fides, cum impiorum
D. 5 felicitate